



~~P. III. 21~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
17-20.
SIGNAT. MDCCCXIII.

20 J. davis.

einzelner Versteck
23. IV. 1915

2 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100



THESIUM
PHILOLOGICARUM
CENTURIA,

DE

SCHILOH,

FILIO
JEHUDAH,

GEN. XLIX, c. 10.

Quam

IN ELECTORALI AD ALBIM UNIVERSITATE,
DEO DUCE ET AUSPICE,

PRÆSIDE

V I R O

Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimoq;

DNO. AUGUSTO PFEIFFERO,

Lingvæ Sanctæ & Orientalium coeterarum

Profess. Publ. Extraordinario, Philologo longè
celeberrimo,

Patrōno atq; Præceptore suo æternùm honoratissimo,

Publicæ sententiarum collationi exponit

ABRAHAM Hincfelmann /

Dœbelâ-Misnicus.

In Audit. Majori ad d. 20. Nov.

VVittebergæ,

In Officina FINCELIANA, Excudebat ELIAS Siebig

Anno 1669.

ffff



V I R I S

*Plurimum Reverendis, Amplis-
simis, Praecellentibus ac
Clarissimis*

DNO: M. JOHANNI SCHÜ-
ZIO, Sen. Ecclesiae Doebel. Pastori
longè meritissimo, & Oßatiens.
Ephoriae Primario Adjuncto
gravissimo.

DNO: M. CHRISTOPHORO
SCHÜZIO, S.S. Theol. Baccalau-
reo dignissimo, Pastori. Dœ-
bel. Substituto fidelis-
simo.

DNO: M. JOHANNI ULEN,
Eccles. Doebel. Archidiacono
vigilantissimo;

DNO. JOHANNI OTTONI,
Scholae Dœbelensis Collegae
& Cantori apprimè
merito.

*Amplissimis, Consultissimis
Prudentissimis, Specta-
tissimisq;*

C O S S.

PRÆTOR.

SYNDICO.

Coeterisq;

SENATORIBUS
gravissimis.

REIPUBL. DÖEBELEN-
SIS.

*Patronis, Promotoribus, Evergetis, ac olim-Preceptori, suis
atatem filiali ac decenti observantia colendis*

D. D. D.

RESPONDENS.



I. N. J. C.

§. 1.

Stupenda fuit *Sodomaeorum ἀοργία*, quæ ipsos ita demeravit, ut ante oculos & in clarâ luce posita non cernerent. Res minùs mira, si excœcati vel orbatî oculis fuissent; quomodo tamen eos *non ostium, sed ducem quæsituros*, Augustinus l. 22. de C. D. c. 19. censuit. Jam verò cœtera oculati, cum instar temulentorum diu discursitâssent, videndo fessi nō cernunt vel manibus palpanda. Cœterùm non lac lacti usqvam similis, quam Sodomæis hisce *Judaæstri*, quorum majores קציני סרום elegantissimus vates *Esaias* in frontispicio libri sui nuncupare non dubitavit. Namq; & hi ראו ראו ולא ידעו (Es. VI. 9.) *videntes non cernunt*, in eo Sodomitis ipsis deteriores, quod oculos claudunt, adeoque sponte & ultrò diem sibi in noctem & splendorem in caliginem vertunt. De quibus haud injuria dicas, quod *in luce rerum tenui caligent, in mediocri cœcutiant, in majore cœci sint, in maximâ insaniant.*

§. 2. Argumento esse potest illustrissimum V. T. Oraculum de adventu *Schilob* Gen. XLIX. c. 10. ab Entheo sene *Jacobo* morti vicino editum, quod inter cœtera emicat, *quantò splendidior quàm cœtera sidera fulget Hesperus & quantò quàm Vesperus aurea Phœbe.* Id cum omnium intuentium oculos perstringat, soli Judæi scotomate laborant; imò videre se negant, quod maximè vident. Quia proinde lumen non ferunt, varia concipiunt animo phantasmata, quibus præsertim stolidum vulgus suum misere decipiunt. Ipsos interim sæpe videas ἀντιβίωσι μαχέσασθαι

H 2

fff

Day

Ἰσὶ ἐπέεσι: sc. juxta illud: *Cadmai fratres inter se praelia mī-*
scunt.

§. 3. Porro si animus esset, omnia deliramenta, quibus Divini Senis sententiam degeneres ipsius posterī corrumpunt, vel recensere vel examinare, non modò justam diatriben, sed vasta commentaria condere possemus. Tàm ampla enim hic errorum seges est, ut in mentem veniat illud *Homericum*: Τὶ πρῶτον, τὶ δ' ἐπειτᾶ, τὶ δ' ὑστῆρον καταλέξω. Et occupârunt ante nos hanc provinciam alii, è quibus nominamus præcipuos, Raymundum Martinum *Pugione fidei P. 2. c. 4.* Petrum Galatinum *de A. C. V. l. 4. c. 4. usq; ad 8.* B. Lutherum *Tom. 8. Jen Germ. von den Jüden und ihren Lügen/ Paulum Fagium Comm. ad Paraphr. Onkelosi b. 1. l. 2. f. D. Sal. Gesnerum ad b. l. p. 961. & deinceps,* D. Jac Martini *de tribus Elobim l. 3. à c. 5. ad 10.* D. W. Franzium *Schola Sacrif. Disp. 11. & 12.* D. Helvicum *Dispp. Giess. T. 4. D. 12. à p. 298. ad 314.* D. Dan. Cramerum *Schol. Prophet. Class. 2. vatic. 1. de Schilo,* D. Mich. Waltherum *Exercit. Bibl. de Vatic. Jacobi c. 6. à p. 97. & deinceps,* D. Joh. Müllerum *Judaism. P. 1. c. 8. p. 182. seq.* Mich. Havemannum *in der Wegeleuchte P. 1. c. 4. 5. & 6. & p. 275. f. Andr. Rivetum in Gen. Exerc. 178. & 179.* Joh. Hoornbeek *Teschuvat Jebuda p. 131. seq.* Jac. Altingium *de Schilo l. 1. 4. & 5.*

§. 4. Post tot Roscios quanquam non opus videatur in scenam prodire, nec nobis propositum sit ex professo refellere Judæos, lubet tamen Apellarum contra cœlestem veritatem machinationes paulisper collustrare, quo vel sic sciamus ὡς ἀληθῆς ἐν, τὸ δὲ ψεῖδῶ πολυσχιδῆς εἶναι. Quod certè in animo non habuit *Menasse ben Israel*, qui cum in *Conciliatore* suo *questione LXV.* quæ in *Genesis* ultima est, undecim de hoc loco opiniones recitasset, tandem

dem subjicit: *ut ut est, seu hanc seu quam ex aliis expositionibus amplectaris, difficultas sublata est.* Sed coctanumerabimus extra.

§. 5. Duas autem voces præ cæteris in hoc vaticinio sollicitant Judæi, שבט & שיל. Et primò quidem in *Bereschit rabba* שבט scipionem, & metaphoricè sustentaculum vel auxilium exponunt & trahunt ad Machir filium Ammiel, qui Davidi à filio suo Absalom fugienti in itinere succurrerit. Menasseh tamen transfert ad omnes Judæos, quibus non defere auxilium alicunde prædicat Jacob, donec veniat Messias gentes afflictorus. Verùm prius commentum insullum nimis est, cum hic nihil ullo jure ad Machir seorsim referri queat; hinc palliandum à Menasseh erat. Attamen pellucet & sic mendacium. Nam, ut aliam mittamus, à quâ quæso gente Judæis auxilium erat adversus Titum Vespasianum & Romanos? Si autem auxilium tum saltem desit, utique venisse Messiam oportuit.

§. 6. Sed aliam ibidem quæcum excutit Menasseh. Ait enim שבט exponi posse de *virga judicis*, adeòq; de *Synedrio*, quod semper è prosapia Davidis fuisse constat. Ponamus. At desit Synedrium. Ergò venit Messias. Interim Menasseh Virgam judicis experiatur, quod in hac sua *σρεβλότητι* ista verba: ער כי יבא שיל, planè neglexit, aut dissimulavit.

§. 7. Sed & שבט, si verpis fides, de *virga castigationis* capi potest, ut *Pf. II. 9.* & *פפמ* de *castigatore*; ut innuantur afflictiones Judæos haud relicturæ usque ad Messiaæ adventum. Illud commentum R. Lipmanno in *Nizzechon* n. 46. & R. Joeli ben Sueb arrisit. At rectè D. Dannhavverus *Hodos. Christ. p. 831.* A *virgâ*, inquit, *castigationis hoc in loco presidium cum quærunte recutiti nostri Judæi, se*

illam intelligunt, quam sublesta hac interpretatione merentur, audiendi sunt, cætera mendaces. Stant adversum ceuca-raphraçti contribules cæteri, tū veteres: Targumistæ tres, Talmudici in *Sanh. c. 1. f. 8. & Horajot c. 3. f. 11.* tūm recentiores, Raschi, Abē Esra, Kimchi, R. Bechai, R. Abr. Hispano, Autor Haskuni, Tanchuma, R. Bechai, R. Moses Nachmanides, R. Isaac Arama aliiqve: quos de dominio & autoritate regia שבט accipere non poterat ignorare Menasseh, adeoq; illud de virga figmentum incrustare non debebat. Sed ipse Jacob quasi λευκάδι Φωνῆ protestatur, se Judæ non virgas & flagella, sed præclara & excellentia quævis ominari, ob quæ à cæteris in cælum vehendus sit præconiis. Neq; virga Judæ propria, sed cum omnibus tribubus communis fuit, imò cæteris prior. Sed & sæpe remisit, quin remota est totaliter, cum tribus Juda cum aliis ex voto floruit, maximè post regni Davidici exordium. Deniq; שבט alicubi in Ssa potentia exprimentæ adhibetur, miseria certè nuspiam.

§. 8. Porro R. Moses Albilda in *Olat Tamid ad b. l. f. 105. 3.* innuicentet שבט הנגש *virgam coactivam*, sc. quæ necesse habeant Judæi cæteras nationes cogere, iisq; leges præscribere, eam autem tempore Messia cessaturam, gentesq; parituras sua sponte, excellentiâ Messia solâ excitas. At ubinam sunt gentes, quibus Judæi intra proximè præterlapsam sesquichiliada annorum leges & jura dixerunt? quas pœnis coercuere? Nullibi reperiuntur, ἔτι παρ' ἀνδράσιν, ἔτι ἐν ναυσὶ κόιλαις, ut ap. Pindarum est. Quod si autem desit illa vis νομοθετικῆ & domitrix gentium, Messiam venisse relinqvitur.

§. 9. Don Isaac Abravanel in *Pent. f. 121.* שבט caput pro כל פנוי מעלה והנהגה ושררה ער יתר אחיו *quacunq; prerogativa & ἐξοχή* Judæ & posterorum præcate-

cæteris, quam ex isto tempore constanter servatam esse,
ejusq; decus etiam in ipso exilio Rectores Synagogarum
Gallicarum & Hispanicarum è tribu Juda tueri asserit. Cer-
tè vocem **טְרַבּוּן** eodem sensu exposuere Hugo de S. Vi-
ctore & J. Calvinus *b. l.* cætera tamen diversum sapientes.
Nec dubium *ἐξοχήν* notari, attamen non quamcunq; sed
politicam & cum jurisdictione, cujus sanè scholarum re-
ctores Judaici ne umbram habent. Et quæ possit ipsorum
esse *ἐξοχή* præ tribulibus? quibus de decem tribubus à Sal-
manassare abductis nil constat, ipsi verò exultis dudum o-
mnibus tabulis genealogicis, edisserere nequeunt, ad quam
pertineant tribum. *Abravanel* quidem Davidicum stem-
ma jactitat, sed vanissimè. Thraconibus hujusmodi sat o-
neris fuerit, si ostendere cogantur, se non esse aliarum na-
tionum spurios, nedum Davidis *αὐτογενῆς*. Conf. *Altingius*
de Schilo l. 1. c. 12. 13.

§. 10. *Menasseh l. c. p. 92.* eò quàm maximè incli-
nat, quod **טְרַבּוּן** tribum notet, ut & Christianis nonnullis
placuit. Cæterum sic sensus juxta Menassen est, quamvis
abducantur decem tribus, tamen tribum Juda nunquam
è notitia hominum sublaturum iri, sed habituram suos do-
ctores usq; ad Messiam. Verùm **טְרַבּוּן** citra *ταυτολογίαν*,
ne dicamus *ἀποπίαν*, per tribum explicari nequit. Et falsum,
hodie tribum Juda à Benjunitis & Levitis, qui eadem
fata experti sunt, distingvi posse. Confusis nimirum tri-
bubus, contractis & dissipatis familiarum schedis nemo
Apellarum jam à sedecim seculis ostendere potest, è qua
tribu sit.

§. 11. Nonnemo coram D. D. Müllero **טְרַבּוּן** ali-
quando exposuit per *legem* ex *Ps. 23. 4.* uti refert *Judaism. p.*
229. At ne dicamus *legem* in *SSa* nuspiam absolutè vocari
טְרַבּוּן, quid hic, quæso, tribus Juda accepisset præ cæteris,
præ-

praesertim *Levitis*, legem docentibus? Et quid sic addere erat opus: *donec veniat Schiloh*, nisi fortè post hujus adventum legem à Juda ablatum iri obscurus iste homuncio voluerit.

§. 12. Verùm hæc de שבט sufficient. Videamus nunc, quæ in nomine יהויה malæ causæ praesidia quaerant. Id *Mosis* esse, quidam pronunciant, tum ob locum *Deut. 33. 5.* hic ἀλλοτριον, tum fallacem literarum יהויה & יהויה ομοψηφίαν. Ita *Baal Turim b. l. R. Bechai in Pent. f. 59.* & ex eo author *Zennorena*, mirus in consuetudinibus fabulis artifex, f. 63. 2. Et in *Tikkune Jobar Tik. 21. f. 52. 2.* (uti refert *Rittangelius, ad Sepher Jezira p. 132. 133.*) Moses ex hoc oraculo *Silo* salutatur. *Menassi* deniq; valde verisimile videtur, Judæ ereptum imperium, in Mosen è tribu *Levi*, translatum esse. In Mosen scilicet translatum imperium, quod nullum fuerat, populo universo sub durissimo jugo servitutis gemente. Et ἐξοχήν, quam tribus *Juda* ante Mosen habuit, post eundem retinuit. Tædet nugarum.

§. 13. Alii *Davidem* esse יהויה malunt, hoc sensu: *Non recedet שבט יהויה sceptrum magnificentiae à Juda, donec veniat David.* Ita *Aben Esra & R. Sal. ben Melech in Miclal Jobi b. l. f. 15. 2.* Sed finem vaticinii figunt, ubi initium est, ut rectè observat *Mercerus ad h. l. p. 731.* *David* n. primus rex è tribu *Juda* fuit. Ante ipsum *Saul Rex & Judices*, uno alterove excepto, aliarum tribuum erant. *Εξοχή* eqvidem tribus *Judæ* antè erat, quod ordine præcederet & duceret agmen in solennibus, in motione castrorum, quod in prima acie staret, &c. sicuti ἐξοχή *Josephi* non ultima erat jus duplicis portionis 1. *Cbron. 5. al. 6. v. 1. 2.* eorum tamen neutrum conficiebat שבט illud, quod hic *Judæ* promittitur.

§. 14. Contrà R. Lipmannus *l. c.* per שִׁירָה urbem intelligit è sacris satis notam, ut prærogativa innuaturs mansura penes Judam, עַד שִׁיבְאוֹ לְשִׁירָה *donec revertant ad urbem Silo.* uncturi videlicet Saulem Benjaminitam. Sed nugas agit Lipmannus. Etenim שֶׁבֶט, quod tribus Juda antea non habebat, non poterat Saule uncto amittere. Quid quod Saulem in Silo unctum Ssa nuspiam dicat?

§. 15. Aliter processit R. Joseph, teste Pagnino *in Tbes. L. S.* & voces quoque יָסוּר atque יָבֵא in aliam detorsententiam. h. m. Non יָסוּר colligetur *s. appropinquabit regnum ad Juda, donec יָבֵא occidat i. e. destruat tabernaculum Silo,* quo nimirum destructo David unctus sit. Ejus ερεβλότητ & faciunt mentionem R. Bechai, Aben Esra, autor Zennorena h. l. & Menasseh l. c. At nunquam יָסוּר significat *Accedere vel colligi ad aliquid,* nedum cum מ constructum, ut rectè monuit J. Hoornbeek p. 141. Et יָבֵא licet de Sole significet *Occidere,* de oppido tamen nunquam *destrui.* Tùm quomodo ad Silo quadrat וְלוֹ יָקְהָרָה? Meræ ubique sunt scopæ dissolutæ. Conf. D. Waltherus *contr. 3.*

§. 16. At R. Hiskias, autor *Chaskuni,* שִׁירָה non urbem ipsam vult, sed hominem esse inde oriundum, sc. Abiam, qui veste Jeroboami in XII. partes scissa decem ipsi reddiderit, quod ipsum pseudoglossema Apellam quendam sibi objecisse refert W. Franzius *Schol. Sacrif. Disp. XI. tb. 52. 92.* Sed quæ hæc effrenis licentia? Mox שִׁירָה est oppidū שֶׁלָה (quod nomen nuspiam Jod habet) Ubi placet, fit homo ex oppido oriundus, denique præcise Abias. Si tamen hic cogatur esse שִׁירָה, quo jure istud וְלוֹ ad Jeroboam trahitur? scilicet Judæis omnia licent. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

B 9999 §. 17.

§. 17. Alii proinde cum *R. Joseph*, quem adducit *Havemannus* p. 124. ipsum Jeroboam Schilunte unctum per שִׁילֹה intelligere malunt. Sic Schilo primò sumitur pro oppido, deinde pro eo, qui in oppido ungitur. Satis pro imperio. Interim non *Schilunte*, sed *Sichemi* unctum Jeroboam sacra tradit pagina.

§. 18. Alios שִׁילֹה exponere de *Nebucadnezare* narrat *Lyranus* b. l. neq; tamen probat, quod ipsi per injuriam tribuit *Casaubonus* ad *App. Baron. Ex. 1. n. 2. p. 7.* scribens: *Lyranus refert ad Nabuchodonosorum, sanè per absurdè: sed viro doctissimo fraudi fuit, ut videtur, Latina versio minus commoda.* E. *Casaubono* idem incautus hausit *Matth. Martinius* *Lex. Phil. v. Silo.* Verum *Casaubono* potiùs fraudi fuit minùs curata *Lyrani* lectio. Coeterum probata hæc olim de *Nebucadnezare* opinio *Juliano Apostata*, uti *Cyrillus Alexandr. l. 8.* testatur, cum ad *Nebucadnezarem* nec שִׁילֹה nec כַּחֲקֵק applicari queat & à *Jacobo* hic prospera potiùs *Judæ* prædicantur, *Judæis* ipsis hodie minùs placet.

§. 19. Aliud superest commentum *R. Nissim*, quod *Abravanel* adducit, שִׁילֹה hic vertendunt esse *Error* h. m. donec veniat. *Error* i. e. peccatum *Salomonis*, tum sc. regnum scissum iri. Sed magna hic errorum seges est. Nam & שִׁילֹה nullo jure est *error*, nedum specialius peccatum *Salomonis*, neque, ut alia transmittamus, obedientia populorum *errori* isti convenire potest.

§. 20. Vidimus, quid *Judæi*, spiritu vertiginis agitati, in vocibus שִׁילֹה & שִׁבֹט tentârint. Nec tamen sic consistit ipsorum audacia. Particulas quoq; עַד כִּי instant & immane inter utramq; constituunt intervallum, ut sensus sit: Non recedet שִׁבֹט à *Juda* עַד in aeternum, כִּי quando veniet שִׁילֹה. Ita *Beresibit ra' ha* f. 99. *R. Bechai* b. l.

ib. l. & inde ineptus ludio, autor Zennorena, aliiq; Quos
 cœcos fuisse oportet, quod *Pausatorem Atnach* ante vocu-
 lam $\gamma\epsilon$ non viderint (qui maximum aliàs intra totam pe-
 riodum $\delta\iota\delta\alpha\sigma\eta\mu\alpha$, præterquã in libris מִן אֵלֶּיךָ) facit, vel sal-
 tem stupidos, quod neglexerint. Imò $\gamma\epsilon$ (nisi particula
 vel actu præcedat vel $\alpha\pi\omicron\upsilon\kappa\omicron\upsilon\delta$ repetatur) nuspiam signifi-
 cat: *in æternum*, nedum sequente וְ (Conf. J. Hoorn-
 beek p. 133. f. Havemann p. 120. Altingius p. 28. Haks Spanius
Not. Bibl. p. 263. f. Excell. D. D. Wasmuthus Vindic. Ebr. P.
2. c. 1. Loc. 8. & alii) Mirus ergò novandi pruritus induxit
Wilb. Langium, ut è Christianis sine exemplo Judaicam
 istam glossam *l. 2. de annis Christi c. 10. p. 425.* suam faceret,
 idcirco à doctissimo conterraneo suo Joh. Wandalino
Diatr. de feria passionis & triduo mortis Christi p. 140. f.
 justâ censurâ notatus. Frustrâ autem Apellæ *Langii* $\omega\epsilon\gamma\omicron\mu\alpha\chi\omicron\iota$
 subsidium sperant sive ab accentu *Itif*, qui ad Atna-
 chum comparatus quasi pro nihilo reputatur, sive à para-
 phrasi Onkelosi, ubi insertum עַל מַלְאָכִים : nam, ne di-
 camus, id à *regis* abesse (ut *Clericus* benè notavit) de-
 bebant advertere, Onkelosum vertendo עַל רֵיחֵי vocu-
 lam $\gamma\epsilon$ pro particulâ agnovisse, neque vocibus עַל מַלְאָכִים
 vocē $\gamma\epsilon$ exposuisse, ut rectè observat Matth. Martinus *l. c.*

§. 21. Cœteræ Judæorum $\phi\lambda\upsilon\alpha\sigma\iota\alpha\iota$, quas impro-
 vidè ad incitas redacti effutiunt, examen non merentur
 nedum sustinent. Mox excipiunt cum *R. Nachmanide*,
 non promitti reges vel regnum usq; ad Messiaë adventum,
 sed quotiescunqve adfuerint, vi vaticinii è tribu Juda fo-
 re; quæ assertio non modò eventui repugnat, sed ipsis
 Sancti senis verbis $\kappa\alpha\theta\omicron\delta\iota\alpha\mu\epsilon\tau\epsilon\gamma\omicron\nu$ contraria est. Mox fa-
 tentur præteriisse terminum adventui Messiaë præfixum,
 at retardari ipsum à peccatis ipsorum: quasi Deus ob
 peccata Judæorum mentiri velit vel prædictiones incon-

ditionatas mutare (conf. B. Lutherus *von den Jüden und ihren Lügen* l. c. p. 17.) Mox splendidè mentiuntur de locis quibusdam Utopicis, ubi rerum hodieque potiantur Judæi, sc. ultra fluvium Sabbaticum, in cujus ripa una ludunt Pygmæi, in altera cygni jamjam morituri *Dulcia defectâ modulantur carmina lingua*, de quo qui plura scire avet, adeat Fagium *ad Deut. 31.* Galatinum *de A. C. V. l. ii. c. 9.* Fullerum *Misc. l. i. c. 9.* Buxtorfium *Lex. Talm. c. 1417.* Cunæum *de Rep. Ebr. l. 2. c. 24.* Seldenum *de J. N. & G. l. 3. c. 13.* L'Empereur *ad Itin. Benjam. p. 206.* Th. Spizelium *de Israelit. Americ. p. 123. f. aliosque.*

§. 22. Sed ista hæcenus leviter perstringere visum est, quò pateat, quam facilè nihil non triumphet *πανδάρτωρ ἀλήθεια*. Jam latissimus porrò pateret campus, si in Christianorum commentaria excurrere volupe esset. Quamquam enim illi de veritate complementi & adventu τὸ Schilo, jam sedecim abhinc seculis exhibitò, non dissentiant, diversa tamen circa facti circumstantias & quasdam vaticinii partes sapiunt.

§. 23. Initiò per *טריבון* plerique intelligunt τὸ κέντρον τῆς πολιτείας vel ἀρχικὸν ἀξίωμα. Neque tamen desunt, qui *טריבון* per tribum s. formam tribulem exponere malint, in quibus sunt Hier. ab Oleastro (qui huc refert *Pf. 78. v. 67. 68.*) Tremellius *b. l. Joh. Tarnovius Exerc. Bibl. l. 2. p. 545.* & è nostris coætaneis Jac. Altingius *de Schilo l. 3.* Coeterùm sceptrum & tribum compingit D. Petavius *Ration. Temp. P. 2. l. 3.* quò etiam tendunt Diodatus & Genevenses *in notis.*

§. 24. Porrò in explicatione τὸ *πρῶτον* mira ubiq; deprehenditur varietas. Versio *Vulgata* habet: *Dux*, indeq; *Dietembergerus* absurdè: *noch einiger Herzog* (quasi quisque in individuo mansurus sit.) Sic olim LXX. ἡγέμεν.

Pa-

Pagnino, Ariæ, Junio, aliisve מְחַקֵּם est *Legislator*. Sic Gall. *Genev. Le Legislateur*. Angl. *A Law-giver*. Belg. nov. *de Wetgever*. Pisc. ein *Gesetz-geber*; quod & in animo habuisse potuit Aquila vertens: ἀνεβασίουεν. Aliis est *Scriba*, ut Vatablo in notis. Præiverant Onkelos, qui ספרא, Aben Esra & Kimchi, qui סופר exponunt, Tāvūsīus *Perfice* מְחַקֵּם Hieronymus *Doctorem* explicat. Sic B. Lutherus: ein *Meister*. Dan. nov. *Loeremestere*. In specie *ecclesiasticum* intelligit Altingius p. 153. in quem sensum Paraphrastæ Chaldæi Jonathan & Hierosolymitanus *Doctores legis* reddidere: Syrus autem מְחַקֵּם *Expositorem*. Raschi & Abravanel declarant per מְחַקֵּם in genere. Castalio transfert per *Rectorem*: Phaletranus per *Pontificem* p. 10. alii aliter.

§. 25. Deinde וְטוֹ מְחַקֵּם præfixum pleriq; capiunt *copulative*, ut sensus sit: *Neutrum recedet neq; שבט neqve מְחַקֵּם*, quomodo particula ἀπὸ νοινῶ repetenda est, ut factum ab *Hierosolymitano*: alii *disjunctive*, quibus favent B. Waltherus p. 152. & Haksplanus p. 254. ut sensus sit: *Non recedet שבט, aut certe* (licet שבט, tamen) *non מְחַקֵּם sive Synedrium*; quod & redit eorum explicatio, qui subaudiunt voculam *simul*, in hanc sententiam: *Non recedet שבט & מְחַקֵּם simul*, s. licet alterutrum, non tamen utrumque, donec *veniat שילה*: alii, ut Georg. Ericus Phaletranus *Exerc. de Orac. Jacobæ* c. 1. p. 11. s. ἐπεξηγητικῶς, ut sensus sit: *Non recedet מְחַקֵּם וּמִשֶׁבֶט sceptrum & Pontifex* i. e. sceptrum Pontificale s. ἀνακτελειαλαξία. Sequens verò רגיו ומכין רגיו alios ad *generationem*, alios ad *sessionem Scholasticam* referre, notius est, quàm ut exponi debeat.

§. 26. Cœterum יהודה quamplurimi hactenus capiunt de tribu Juda cœteris contradistincta & quidem qyalis quantave fuit à benedictione Jacobi ad Mesia ad-

ventum. Quorum nonnulli, ne Maccabæorum regimen vaticinio incommodet, eos è tribu Juda ἀρχὴν γενεῶν πατρῶν. *Jev* accersere non dubitant (ut Genebrardus *l. 2. Chron. & C. Baronius App. ad Ann. Eccl. f. 8.*) alii quod ad maternū saltem genus stirpi Davidicæ inoculari posse censent (uti Lyranus, Carthusianus, Tostatus & multi post eos) quorū sententiam leviscerant Pererius de *Bened. XII. Patriarch.* Casaubonus ad *App. Baronii*, Montacutius *Analect. Exerc. 2. f. 8.* & Phaletranus *Orac. Jac. à c. 2. ad 5.* qui ultimò יְהוּדָה de regno Judaico post abscissionem X. tribuum è Juda, Benjamin & Levi collecto exponit *c. 6.* uti strictè de tribu Juda à cæteris tempore Roboami scissa Cunæus de *R. E. l. 1. c. 9. 10.* Scultetus *Exerc. Evang. l. 1. c. 3.* & asectæ eorum, qui monent statu sub Asmonæis aliasve mutato Rempublicam tamen semper penes populum Juda mansisse. Denique de omnibus XII. tribubus Israëliticis, duce Eusebio *l. 3. demonstr. Ev. c. 2. & c.* accepere Pererius *n. 92. f.* & Casaubonus ad *App. Baronii Ex. 1. n. 2. p. 11. f.*

§. 27. Jam quod ad terminum complementi attinet, seu tempus ablati שבט & מַחֲקֵק, exhibitivè שִׁילָה, neque hic eadem mens est omnium. *Pererius, Baronius, Estius, Sa, Tirinus, Menochius, Bulengerus, Phaletranus* aliiq; magno numero, figunt eum in ἐνθρονισμῶν *Herodis Magni*, utpote alienigenæ (quanquam & hoc impugnent Scaliger ad *Euseb. n. 1983.* Casaubonus ad *Baron. Ex. 1. n. 3. 4. à p. 24.* Drusius in *Sulp. l. 2. p. 250.* Torriellus *A. M. 4018. n. 7. & c.*) quod verò Herodes nativitatem Messiaë aliquot annis anticiparit, obstare non putant, cum vaticinia non in ipso τῶν ἡμερῶν, sed quadam vicinitate terminentur: vel ajunt Herodis regnum eousq; illegitimum fuisse. Alii terminum rejiciunt ad ultimam devastationem templi, uti Cunæus *l. c. c. 11.* vel tres constituunt gradus interitus politicæ Judai-

cæ

ca. 1. Sub Pompejo. 2. Cum Archelao Viennam relegato, Judæa in formam provinciæ redacta est. 3. cum Titus urbem solo æqvavit. Ita *Casaubonus*, Qui verò γ τδ $\rho\rho\eta\delta$ disjunctivè capiunt, concedunt sceptrum ablatum esse ante adventum Messia, imò ante Asmonæos, Synedrium autem $\gamma\eta\sigma\iota\omicron\nu$, cujus Præses saltem semper è tribu Juda fuerit, durasse usq; ad ipsum annum nati salvatoris. Ita B. Waltherus *Controv.* 19. Nec desunt, qui adventum τδ $\eta\lambda\theta\omega$ ultra ejus nativitatem reponant. Nam *Montacutius* distingvit inter adventum Messia *in honorum & gloriosum*. Hunc vel *generalem* esse ait, vel *particularem*, qualis e.g. fuerit, cum ad inferendam Reipublicæ Judæorum $\pi\alpha\nu\omicron\lambda\epsilon\delta\epsilon\iota\alpha\nu$ judex adveniret. Et *Piscator* aliiq; adventum ejus intelligunt, quem, regno in die Pentecostes solenniter inchoato, peregerit.

§. 28. *Επίκρισις* nostram nunc adderemus, nisi nossemus mores nostri seculi, & alienum id quodammodo videretur à modestia, qua doctorum virorum umbras veneramur. Ne tamen videamur nihil dixisse, vel studio alios detinere suspensos, quod dicitur, $\mu\epsilon\omicron\sigma\eta\gamma\upsilon\varsigma \gamma\alpha\iota\eta\varsigma \tau\epsilon \kappa\alpha\iota \delta\epsilon\omicron\upsilon\alpha\varsigma \alpha\rho\epsilon\rho\theta\epsilon\nu\lambda\omicron$, non dissimulabimus, nobis ad genuinum Oraculi sensum eruendum & ostendendam vaticinii atque complementi panharmoniam, sequentia notanda videri. I. Per $\eta\eta\omicron\eta$ intelligi tribum Juda à cæteris distinctam. II. $\tau\omega$ non denotare in specie $\alpha\zeta\iota\omega\mu\alpha \beta\alpha\sigma\iota\lambda\iota\kappa\omicron\nu$ aut $\eta\gamma\epsilon\mu\omicron\nu\iota\kappa\omicron\nu$ aliudve, sed in genere $\tau\omega \kappa\upsilon\beta\epsilon\iota\omicron\nu$, sub quacunq; Reipubl. forma. III. $\tau\omega$ fuisse τδ $\eta\eta\omicron\eta$, licet eligerent Regem vel Ducem è tribu non sua, modo agnoscerent pro suo, & suæ Reipublicæ gubernatore. IV. $\rho\rho\eta\delta$ denotare exercentem $\tau\omega \delta\iota\kappa\alpha\zeta\omicron\nu\varsigma$. Juris dictatorem in Synedrio. V. $\rho\gamma\lambda\iota\omicron$ non exprimere locum docentium, verum $\gamma\omicron\nu\epsilon\iota\alpha\nu$ & restringere $\iota\sigma\omicron\rho\rho$ ad $\rho\rho\eta\delta$ non ad $\tau\omega$: adeoque nullo non tempore è Synedrio quosdam
 salem

Saltem, de tribu Juda esse debuisse. VI. Voce סור inferri non quamcunque concussionem vel debilitationem, sed πανολεθραν s. omnimodam abolitionem Reipublicæ Judaicæ, qualis ante tempora nati Salvatoris non contigit. VII. Complementum non esse ordiendum à momento editi vaticinii, verùm באחרית ימים & verisimillimè ab ἐνθρονισμῶ Davidis. VIII. Neq; מחקק neq; שבט debuisse tolli ante adventum שילה. IX. Post adventum שילה non opus, ut è vestigio, sed verba ער כי יבנה admittere, ut aliquo intervallo sequeretur ablatio שבט & מחקק X. Ablationem v. שבט atq; מחקק fuisse κριτήριον & argumentum infallibile, venisse שילה. Quæ tamen omnia Virorum doctorum; præsertim Orthodoxorum Theologorum censuræ semper subjecta volumus.

§. 29. Sed ista extremis quasi digitis attigisse contenti, quibus inhærere animus non fuit, nunc ad illud nos accingimus, quod ante omnia agere certum erat. Scilicet cum hæctenus animadverterimus, in expositione Oraculi istius Iacobæi interpretes maximè hæere circa præcipuam vocem שילה, duximus hic & nostras periclitandas vires, & inde præsentem suscepimus scriptionem. Quæ si quibus levicula videatur, ceu grammatici argumenti, eos suo genio frui patimur: quanquam tantò turpior & viro gravi indignior videatur ignorantia, quantò levius id est, quod sciri debebat & ignoratur. Vox bovis olim, nõ hominiserat: *Quantò eris melior Grammaticus, tantò pejor Philosophus & Theologus.*

§. 30. Coeterùm, quò incorruptius de significatione vocis שילה sit iudicium, de orthographia constare ante omnia debet. De qua nos dubitare non sinunt *Codices* omnium temporum, qui conspirant in hæc scriptione: שילה. Viderit itaq; Flacius, quæ fide scripserit
Clav.

Clav. SSa P. 1. c. 1143. Vidi plura manuscripta exemplaria, ubi non erat Joth. quod magis cum etymo felicitatis conveniret. Imò magis conveniret cum Iudæorum de urbe Silo commento.

§. 31. Nostris interim codicibus succenturiantur fidi librarii nostri, Masoretæ, quorum ad hunc locum ista crisis est: שילה ל' כתי' כן וח' כתי' שלו וסי' הנה חג יי': כתיב: שילה כתיב: Schilo שילה bis literis scriptum non amplius extat, sed octo locis scribitur b. m. שלו (quæ habentur Jud. 21. 19. 1. Sam. 1. 24. c. 3. 21. c. 14. 3. Jer. 7. 14. c. 26. 9. c. 41. 5. Pl. 68. 60.) aliàs semper שילה. Sic & Masora interlinearis שילה ita scriptum recurrere negat. Et in libro Sohar, teste Buxtorfio Anticr. p. 714. disertè scribitur, alibi legi שילו cum Vau, alibi שילה fine Jod: hic verò שילה cum י & in fine ה, ad indicandum nomen divinum יה. Nec Talmudistæ aliter quàm שילה scripsere Sanb. f. 98. 2. &c. ne de aliis dicamus.

§. 32. Neq; nos moramur, quod Pentateuchus Samaritanus Jod vocis שילה omittit, id quod etiã versio Samaritana imitata est, quæ habet: ער הלא ייתי שילה. Nam istius Pentateuchi auctoritatem ita præter alios Cl. Hottingerus in suis contra Morinum exercitationibus enervavit, ut valdè temerarium esse oporteat, qui ipsi hodie fidem suam addixerit.

§. 33. Sed graviolem textui dicam scribunt Pontificii & satis audacter asserunt, scriptum olim שילח idq; à Judæis evidentia rei constrictis malitiosè corruptum esse in שילה, vocè, uti Salmeron T. 1. N. T. Pr. 4. judicat, aut nullius aut ignotæ significationis. Existimo, ait Steuchus Eugubino, hunc locum corrupisse Judæos. Modum quoq; describit & finem Gordonus Huntlaus 1. Epit. Contr. c. 10. Olim, inquit, in Hebræo erat שילח Schiloach, Missus (id est, mittendus, præ-

C H h h h h teritum

teritum profuturo more Prophetarum) verum Judæi re-
vera non uno modo nomen Christi Siloë corruerunt, nam im-
primis adjecerunt Jod literam, deinde literam Chet muta-
runt in He, & quia videbant hoc esse contra Grammaticam,
rursus dicunt (He quod ipsi adjecerunt) poni loco Vau. Atq;
hæc omnia faciunt, ut ex nomine Messia Siloë faciant nomen
ei vitatis Silo: quò possent hanc prophetiam trahere vel ad
Regem Davidem, vel ad Saul, vel ad Jeroboam, vel ad Nabu-
chodonozor. Hæc ille. Deniq; ne quid fabulæ desit, factum
illud post Hieronymi demum tempora pronunciat Ga-
briela Costa Comm. in c. 49. Gen. Tract. 9. §. 180. p. 50.

§. 34. Pontificiis aures substrinxit Hugo Grotius, qui
Annot. b. l. p. 53. Mibi inquit, se maxime probat versio Lati-
na, ut sit שִׁלְוָה pro שִׁלּוּחַ. Quid enim facilius, quàm aut
variante dialecto aut scriptura aberrante mutari inter se li-
teras tam vicinas & soni & figura? Neq;, quod miramur,
ab ista opinione valdè abhorruit Flacius qui l. c. ait: Porro e-
go, si primam non amplecterer, mallet amplecti Hieronymi
expositionem atq; dicere tempestate ejus scriptum fuisse שִׁלּוּחַ
siloah: postea verò, quod cum Judæi hæc & similibus vocibus
à Christianis arguerentur, nec haberent, quod respondere pos-
sent pro malitia & pervicacia sua depravasse, facta librarum
mutatione. Sicut & כָּרַו depravarunt Ps. 22. & alias multas.
Hucusq; Flacius, qui uti non probat, cur שִׁלְוָה sit corru-
ptum, ita & כָּרַו in כָּרַו depravatum nudè asserit.

§. 35. Coeterum Pontificiis errandi ansam Vulgatus
interpres dedit, vertens: donec veniat qui mittendus est SI-
LOH: quem clausis oculis sequitur Dietembergerus red-
dens: Bisß das der/so gesandte sol werden komme (ita & Ern.
Ferdin. Hesse Flag. Jud. p. 28.) Scilicet cum שִׁלּוּחַ sit mitte-
re, Mittendum שִׁלּוּחַ potius, quàm שִׁלְוָה dicendum putâ-
runt, SILOH. a. exprimere mittendum extra controver-
siam

ham posuerunt, quia vulgatus dixerat. Id non diffidetur
Corn. à Lapide, cujus ad *b. l. p. 307.* verba hæc sunt: *Verissi-*
milimum est pro Silo per he legendum Sciloacb per chet i. e.
legatus, missus, vel mittendus, à r. חלש i. e. misit; ita enim
vertit noster interpres, hocq; fuit jam olim commune nomen
Messia. Ita & Jac. Bonfrerius: Depravatum, ait, hunc ab
eis (Judæis) locum probabile facit Hieronymi versio, qui haud
dubiè in Hebræo legit חלש missus &c. Accedat his A Costa,
Primarius ille sacrar. lit. in Academia Conimbr. interpres,
cujus hæc est confessio: Ut cunq; sit, nos sequimur vulgatam
editionem. Hoc itaq; est principium apud Pontificios ὁ-
μολογέμενον: Ubicunq; vulgata translatio à textu originali
discrepat, ibi hic corruptus, illa verò sequenda est. Rectè
D. D. Danhavverus Hod. Chr. p. 831. Scilicet sol ordinem suum
neglexit, quia horologium aberravit!

§ 36. A nostris partibus stant omnes codices. Vel
unum monstrent Pontificii, ubi extet חלש & triumphum
agant. Securi sumus, nullum fuisse, nullum futurum, nisi
quem ipsi depravare voluerint. Ante Hieronymum ex-
titere authores *Sobar, Talmudis & Masora*, qui nostram uni-
cè confirmant lectionem, & tamen post Hieronymum
corruptio demum contigit, si Pontificiis credimus. Tum
lectionem חלש nec τῶν ὁ nec Targumistarum ævo in tex-
tu fuisse, eorum versiones abundè comprobant.

§. 37. Porro licet nostrâ haud magni referat, quid
Vulgat9 interpres spectârit, cum ejus mancipia non simus,
eum tamen legisse חלש, vel, ut Capellus *Crit. l. 5. c. 9.* divi-
nat, חלש, nondum credimus. Namq; ipsissimum no-
strum חלש Latinis elementis SILOH (non *Siloab*, nec *Si-*
loè, nec *Situab*, vel aliter) expressit, quod, si omninò trans-
ferre voluisset, retinere haud erat necessum. Illud itaq;,
qui mittendus est, ἐπεὶ θετικῶς majorisve lucis gratia inse-

C 2 חלש חלש חלש חלש ruit

ruit. Potuit & putare, radices מלש & מלש, cum non nisi unicâ litera eâque similis organi differant, esse ejusdem significationis aut non admodum diversæ. Sive tamen hoc sive aliud voluerit, novimus hominem fuisse, à cujus conditione non alienum, errare.

§. 38. At quo fine tandem Judæi illud מלש mutassent, maximè cum in eo facilius νενοφύγετον quoddam, fatentibus Porcheto *Victor. contra Ebreos P. 1. l. c. 2.* & Galatino *de A. C. V. l. 4. c. 4.* reperire potuissent? Imò tantum abest, ut magnopere inficientur *Siloh* esse Messiam, ut veteres & recentiores magno numero illud asserant, Targumistæ quoque *Siloh* per ipsum nomen *Messia* exprimant, *Ridiculum omne id est*, ait Sixtinus Amama *Cens. V. V. p. 75.* quod hic somniant zelotæ. Cum enim Ebraei ante Hieronymum & post eum, locum hunc de *Messia* acceperint, quis crediderit, locum hunc ab iis corruptum? & quidem eo fine, ut illi volunt, ne de *Messia* exponeretur? Cæterum מלש esse nomen *Messia*, quàm frigidè Gordonus ex *aqvis Siloè Esa. 8. 6.* & *piscina Siloam Job. 9. 7.* probat! nimis patienter utrumque, *Ne dicam stultè*, cum Horatio. Esto tamen. Ergone istud & non aliud hic erat adhibendū? μέγα λίσαν αἰτηνα. Sed conf. D. Glassius *Phil. Sacr. l. 1. Tr. 1. p. 50. f.* D. D. Calovius *Annot. contra Grot. b. l. B. D. Waltherus Controv. 20.* Dan. Chamierus *Panstrat. Cathol. Tom. 1. l. 12. c. 12. §. 56. f.* Sixtinus Amama *Cens. V. V. & Antibar. Bibl. p. 281.* Hottingerus *Thes. Phil. p. 171. f.* Buxtorfius *Anticrit p. 769.*

§. 39. Cum itaque ex his satis manifestum sit, lectionem quam nostri codices representant, esse genuinam, recta jam pergimus ad eruendum verum vocis sensum. Nec tamen adeò solliciti erimus de re nomine significata, quàm de formali ejus & Grammatica significatione. Nam quod voce מלש in vaticinio Messias indigitetur, apud
Chri-

Christianos extra controversiam positum est. Neq; refr-
gantur Judæi, si è seqvioribus pauca exceperis Arcadica
pecora, qvæ calidus sanguis vel rerum inscitia vexat.

§. 40. Certè Targumista, qvòd nos diximus, uno
qvæsi ore proloqvuntur. Onkelosi enim translatio hæc est:
לא יעדי עביר שולטן מרבית יהודה וספרא מבני בנות
(עד עלמא) עד דייתי משיחא דריליה היא מלכותא
: i. e. Non recedet exercens impe-
rium de domo Juda, & scriba de filiis filiorum ejus (in eter-
num, vel, unqvam, qvòd tamen abest à Regiis) usq; dum
veniat MESSIAS, cujus est regnum, & ipsi obedient populi.
Non potuisset Onkelos (modo vim vocis מחקק planè es-
set assecutus) ad nostrum palatum reddere aptius. Eandem
autem fuisse sententiam non modò συγγεγραμων ejus, sed &
antecessorum, vel ex eo apparet, qvòd R. Joseph Albo in
Sepher ikkarim s. de fundamentis fidei l. 4. c. 42. ait, Onke-
losum legè פרה שבעל accepisse à Schemaja & Abtaljon, &
in specie ab iisdem didicisse שילה Gen. 49. 10. de Messia esse
exponendum. Illos a. etate sexta Mischnicorum vixisse
R. Jesuah Levita in Halichot olam P. 1. c. 2. testatur, de qvi-
bus & conferri poterit R. Abr. Zachut in Juchasin. f. 18.

§. 41. Huic succinit Jonathan, non quidem ille
γνήσιος, hic tamen probus & candidus & talos à vertice pu-
rus ad imos, ita ὁ δὲ φερόμενος : לא פסקין מלכין ושלטין
מרבית יהודה וספרין מאלפ' אורייתא מזרעיה עד זמן
די ייתי מלכא משיחא זעיר בנוי ובדיליה יתימסון
: h. e. Non cessabunt reges & dominatores à do-
mo Juda & scribae docentes legem à semine ejus, usq; ad tem-
pus, quo veniet Rex Messias parvulus filiorum ejus & pro-
pter ipsum pavore diffluent populi. Accedit Hierosolymi-
tanus, obscurus quidem author, cujus tamen hæc est inter-
pretatio thymo mihi dulcior Hyle: לא פסקין מלכין מרבית
יהודה

החורה אף לא סברין מלפני אורייתא מבני בניו עד זמן
היותו מלכא משוחח דרדייה היא מלכותא וליה עתידין
היה ארעא: h. e. *Non cessabunt re-*
ges à Domo Juda neque periti doctores legis de filiis filiorum
ejus usq. ad tempus, quo veniet REX MESSIAS, cujus est re-
gnum, & ipsius servitio se subjicient omnia regna terra.

§. 42. In Targumistarum vestigia, ut id quasi
Quadrinōs moneamus, pedem posuit Jacob Tawusius in me-
taphrasi hujus loci *Persica*, quæ sequitur:
سلطنتی امر بهر وقت و در بیاری امر میماندی هرگز تنگ آید
او نه که بیایدی مسیح او و با او جبر شوی
h. e. *Non recedet imperium à Juda &*
scriba è media filiorum ejus, usq. dum veniat Messias ejus &
ipsi aggregabuntur gentes.

§. 43. Sed prætereundi hic non sunt *Talmudici*, quo-
rum suffragium petimus è *Massebet Sanhedrin cap. 11. fol.*
98. col. 2. ubi de nominibus *Messie* ista traduntur:
אמר רב לא אברו עלמא אלא לדור אמ' שמואל למשה ור' יוחנן
אמר למשיח. מה שמו רבי רבי שילא אמרו שולה שמו
שנ' עד כי ובא שילוחי דבי ר' ינאי אמרו ינון שמו שנ'
יהי שמו לעלם לפני שמש ינון שמו רבי רבי חנינה
אמרו חנינה שמו שנ' אשר לא אתן לכם חנינה. ויא'
מנחם בן חזקיה שמו שנ' כי רחוק ממני מנחם משיב
נפשי. ורבנן אמרו חוורא דבי רבי שמו שנ' אכן חלינו
הויה נשא וגו' h. e. *Dixit Rab: non est conditus mundus*
nisi propter Davidem. Sed Samuel dixit: Propter Mosen.
Et R. Jochanan dixit: Propter Messiam. Quodnam est no-
men ejus? Qui de domo s. Scholai. e. discipuli & asseclæ R.
Schils, ajebant: Schilo est nomen ejus juxta illud: donec ve-
niat שילה Gen. 49. 10. De Schola R. Jannai dicebant: No-
men ejus Jinnon, juxta istud: Sit nomen ejus in sempiternum
& ante

Et ante Solem ינון nomen ejus Psalm. 72. 17. De Schola R. Chanina dixerunt; Chanina est nomen ejus; juxta dictum: Quod non daturus sum vobis חניכה gratiam Jer. 16. 13. Alii dicebant: Menachem filius Hiskia est nomen ejus; juxta illud: Nam longe abest à me מנחם, qui reficiat animam meam Thr. 1. 16. Magistri nostri dicebant: Leprosus de domo Rabbi est nomen ejus, uti dicitur: Utique morbos nostros ipse tulit &c. Obiter hic notetur, quomodo Magistri isti ad nomina sua alluserint. Nam Schila voluit de suo nomine appellatam Schilo; Jannaeus de suo Jinnon; Chanina de suo Chaninam; quod & glossator observavit, qui ait: כל אחר הירא רורש אחר שמו. Habentur a. illa quoque in Echa rabbatz ad Thren. 1. 16.

§. 44. Porro in Midrasch super Proverbia fol. 71. c. 3. inter octo Messiae nomina refertur itidem שלה. Integrum adducere locum non pigebit, ut qui ad praesens negotium apprimè faciat: ומניין שנקראו ישראל כרם שנ' כר' וי' צבאות בית ישראל ואיש יהודה נטע שעשעו' מה נטיעה זו בשערה שאתה נוטעו מקומו נכר כך נטע מ לכות בשבטו של יהודה עד שיציץ מלך המשיח שנ' לנא יסוד שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו עד כי יבנה שילוח ולויקהת עצים אמרר הונא שמונה שמות נקראו למשיח וא"ו הן ינון. יי צדקנו. צמח מנחם דוד שילוח. ואלוהו: h. e. Ubi Israël vocatur vinea? In illo loco: Nam vinea Domini Zebaoth est domus Israel & vir Juda amoena plantatio ejus. Quomodo se habet plantatio? Tempore, quo plantam depangis, locus ejus notatur. Ita etiam plantavit Deus regnum in tribu Juda ceu hortu vel vinea, usque dum progeminet Rex Messias, juxta illud: Non recedet &c. Gen. 49. 10. Ait R. Huna, octo nomina habet Messias, quae sunt ista (connumerato משיח) 2. Jinnon Ps. 72. 17. 3. Dominus justitia

Atque hoc est argumentum
evidens pro prophetia Iesu, benedicti. Quam confessio-
nem etiam in hoste & acri aliàs adversario laudamus.

§. 47. Et cum sic de persona significata constet, addu-
bitari jam queat, annon שִׁלּוֹ sit nomen merè proprium
& sic curiosà etymi investigatione vix opus? Verùm, quã-
quam ne sic quidem inanis esset opera, quæ eruderandæ
veræ significationi impenditur, nos tamen cum CL. Jac.
Altingio l. 3. c. 17. negamus esse nomen rigorosè proprium,
i. e. merè positivum s. voluntariæ impositionis, quove Mes-
sias vulgo Μεσσίας ἐνεκα appellandus esset, sed pronun-
ciamus, esse appellativum & naturale. Id verò evidenter o-
stendi potest, si dicatur שִׁלּוֹ habere affixum, quod nomi-
na propria apud Ebræos omninò respuunt, ut legere est
ap. Ephodum Op. Gramm. c. 9. & Mosenben Chavif in
Marpe Laschon p. 3.

§. 48. Quod verò ad istos interpretes, qui ipsum
Sibilo in suis versionibus retinuerunt, neutiquam exi-
stimandi sunt pro merè proprio habuisse, verum pro epi-
theto Messia naturali *διεπρηνηνύτω*. Sic Pagninus: *Donec*
veniat Silob. Arias: *usquequò veniat Silob.* Gall. Ge-
nevens: *Jusques à ce que Scilo viene.* Angl. *Untill Sbilob*
come Belg. nov. *Tot dat Silo komt.* Dan. nov. *Indtil*
Siloh kommer. Nec aliter versiones *Hispanica, Italica,*
Bohemica. Pro Silo nomen *Messia* ponit Hungarica.
Versionum interim authores in notis plerumq; animi sui
sensa satis prodidere, ut infra videbimus.

§. 49. Magno itaq; conatu magnas nugas agunt
è verpis, qui שִׁלּוֹ pro nomine proprio urbis interpre-
tantur. Præterquam n. quod textus illud haud ad mittit,
ut supra ostensum est, repugnat etiam scriptio. Nomen
quippe istius oppidi vel שִׁלּוֹ scribitur vel שִׁלּוֹ, nunquam

D Jiii

omni-

omnino משיח ut adeo ipse Sp. S. hoc nomen Messia à proprio urbis peculiari quodam caractere distinctum voluerit.

§. 50. Sic ergo, quod tandem per varia eluctari sumus, manet quaestio, in qua rei cardo vertitur, quomodo vox משיח formaliter exponenda sit? Hic demum, quot homines, tot videas sententias. Unde factum fortasse videtur, ut vocem משיח multi ceu μορμολύκειον aliquod reformidēt. Certè primarius ille SSæ interpres Conimbricensis, Gabriel à Costa conqueritur, in hac voce tot tamque varia ab Hebraeis & Latinis simul & Graecis proferri, ut omnem penè mentem confundant. Et Salmeron vocem משיח Hebraicè nihil significare dixit, nec de ejus origine constare C. L. Marinus censuit. Plurimi verò rem totam in medio, atq; lectori optionem relinquunt eligendi, quam velit, sententiam.

§. 51. Contra vocem משיח habere varias significationes non citra absurditatem asseruit Menasseh ben Israël Concil. p. 89. Ubi verò reperiantur variae istae significationes, cum ipsa vox ita scripta semel modò in SSæ usurpetur? Quod si quis tamen in uno isto loco plures sensus literales unius vocis stabulari posse reatur, illi saniorē mentem precamur. Scire debebat Menasse dissidentes autorum sententias non totidem illicò conficere vocis significationes.

§. 52. Coeterum eas autorum sententias, quotquot nobis quidem occurrerunt, nunc ordine recensitas, ut par est, examinabimus, ut si qua mens inde confusa sit, componi rursus queat, simulq; Deo dante ostendemus, vocem משיח Ebraicè aliquid significare & non nisi Salmeroni ejusq; similibus esse seu nullius seu ignotae significationis.

§. 53.

§. 53. A limine autem removemus istas expositio-
nes, quæ aliâ, quàm Grammaticâ ratione nituntur, puta
Cabbalisticas. Talis est illa apud *Baal Turim*: יבא שילה
& יבא שילה, H.e. Per Gematriam voces, משיח
nomen משיח eundem exhibent numerum sc. 358. un-
de consequi putat Schilo esse Messiam. Quæ ipsa Cabba-
la adducitur in *Cbaskuni*, & *Pentateuco* Venet. cum tri-
plici Targum, in margine.

§. 54. Per aliam Cabbalæ speciem, quæ *Notari-
con* vocant, è literis capitalibus trium vocum יבא שילה ולו
elicitur nomen ישו JESU, uti è גלי רזיני - *Rabbenu
Hakkados* observat Galatinus de *A. C. V. l. 3. c. 20.* Sanè
num ille liber unquam Galatino vel ulli homini visus sit,
ἐν πάντεσ κειμένων γένεσι κείται. Plausibilior tamen fuisset Cab-
bala, si nomen salvatoris nostri ישוע integrum, non verò
pro ut à Judæis (in ipsius ignominiam, ut *Elias in Tisbi*
fatetur) decurtatum, representaret.

§. 55. At apud Judæos fortè talia argumenta Cab-
balistica aliqvod habuerint pondus, utpote subnixa prin-
cipio ipsis aliqvatenus concessio, unde *Ludovicus Carre-
tus*, Medicus è Judæo Christianus, se ad Jesum esse conver-
sum, quod nomè ipsius ישו tot structuris & dimensionib9
sacris, occultè quasi inscriptum, totq; de Messia loquenti-
bus dictis Cabbalístico modo intextum videret, in suo *de
Visionibus DEI* libro testatus est. Interim apud Christianos,
utut, si pro veritate sint, piè delectent, argumenti vim ha-
bent nullam.

§. 56. Præsertim *Gematria* illa ita comparata est,
ut è falso verum eq; vero falsum elicere queat. Idem
quippe *Baal Turim*, postquam è יבא שילה exsculpisset
nomen משיח, quasi è vestigio sui oblitus addit: שילה
בגומט' משה רבינו ביה ויהא ראשי עם שאה הוהרה
יה

D 2 iiii

H. e. יהורה לקדשו ודכתיב שרי יהודה רגמתם:
שילה *per Gematriam est* משה Moses (utrinq; provenien-
tibus 345.) *de eo n. scriptum extat:* Et venit cum primoribus
populi Deut. 33, 21. *Tum n.* (cū sc. veniret Gad cum primo-
ribus populi) *Juda in eo erat ut consecraret eum, uti scri-*
bitur: Principes Juda & coetus ipsorum Ps. 68. v. 28. Ex-
positio certè *Horridior rusco, projecta vilior alga!* Incul-
cate eandem R. Bechai f. 59. 1. & ex ipso Author Zenno-
renna f. 63. 2. Das Wort שילה hat in der Zahl also viel /
alls משה, כלומר qd: das Wort שילה weist auff משה.
Unde patet, quid praesidii ab ista Cabbalassperari debeat.

§. 57. Missis proinde Cabbalisticis convenimus a-
lios, & praeter coeteris LXX. Interpretes, qui verba ער כי
שילה יבא *transfulerunt:* εως ου ελθη τα αποκειμενα αυτου, do-
nec veniant reposita ipsi, vel, juxta alios, ω αποκειται ille cui
repositum est sc. שבט. Priorem lectionem usurparunt Ju-
stinus Martyr *Dial. cum Tryphone* (quoniam & alteram
agnoscat) Origenes *Philocal. c. 1.* Eusebius *Cæsariensis de*
demonstr. l. 3. §. 1. 8. (licet & alteram l. 2. §. 1. 7. habeat) A-
thanasius *de incarnatione* (qui & ipse *de passione & cruce*
Domini alteram habet) Cyrillus *in Glaphyris*, & è Græcis a-
lii. Posteriores S. Ignatius, Irenæus, Gennadius, Chry-
sostomus, Cyrillus Hieros. *Catech. 12.* Theodoretus *qv. 110.*
(in cujus *MSS. is Exempl. etiam extat ο & ο αποκειται*) & è
Latinis Tertullianus *de Trinitate*, Ambrosius, Hierony-
mus, Leo Papa & alii; de qua varietate legantur Flaminius
Nobilii *notæ in var. lect. LXX.* & Patritii Junii *Annot. in*
MSS. Alexandr. LXX. Theodotionem porro versionem
LXX. Interpretum in v. 10. totam retinuisse & secutum le-
ctionem εως αποκειμενα αυτου, at Symmachum, alias in ver-
sione diversum, alteram ω αποκειται, Eusebius *de demonstr.*
l. 8. testis est.

§. 58. Illud verò ὁ ἀποκείμενος Scaliger ad Euseb. exponit in
quibus abstrusa & abscondita sunt. Nam Silo continere ἀγνώ-
στον σημασίαν Justinus Apol. 1. dixerat. Eodem trahunt quidam
& alterum, ὁ ἀποκείμενος αὐτῶν quasi, ὁ τῶν ἀποκείμενων αὐτῶν. Sim-
plicior tamen videtur prior expositio.

§. 59. Videndum potius, quid LXX. ad istam versionem
induxerit? An fortè dicendum, eos aliter, quam שׁלֵה, in suo
codice legisse? Certè ipsos legisse שׁלוּ i. e. לוּ אֲשֶׁר לוּ Cappellus
Crit. l. 5. c. 2. autumat. Verum enim verò, ut in animo ipsos ha-
buisset illud שׁלוּ haud eamus inficias, negamus tamen aliter
quàm שׁלֵה legisse. Id a. ex שׁלוּ irregulariter formatum pu-
tarunt. Sic Raschi, qui שׁלֵה legit, nihilominus exponit
שׁהמלוכה שׁלוּ.

§. 60. Rectè proinde de LXX. iudicat CL. Andr. Rivetus
Exerc. 178. eos שׁלֵה ceu שׁלוּ accepisse, cui sunt sc. reservata; nec
verò opus, ut י pro שׁ ceperint, uti Wolfg. Musculus p. 847. opi-
natur. Apparet, inquit, illos vocem שׁלֵה sic intellexisse שׁcui, י pro
שׁ i. e. est, הָהּ pro לֵהי q. d. quæ ei est sc. promissus ac in suum tem-
pus repositus. Etenim elisio טֵשׁ dura nimis est, compositio tri-
plex in appellativis inusitata, & verbum substantivum com-
modè subaudiri potest. Quorsum ergò טֵשׁ?

§. 61. Multò minus credimus, quod Leo Castrius, l. 3.
Apologia LXX. ait legisse הָהּ שׁ munus ipsi sc. promissum. Quod
si n. ita sensissent, cur neglecto eo, quod textus habere dicitur
(sc. טֵשׁ munus) illud in versione expressissent potius, quod textus
non habet, sed fortè subaudiendum sive supplendum relin-
quit?

§. 62. Cæterùm, quod de LXX. diximus, idem de Para-
phrastis Chaldæis, Onkeloso & Hierosolymitano, habendum
est, quorum uterq; vertit: Cujus est regnum. Scilicet & illis
הָהּ שׁ habitum pro שׁלוּ (uti de Onkeloso dudum notarunt
R. Bechai, Raschi, aben Ezra, Sal. ben Melech & alii) & subaudi-
tum vel דָּוִד כֹּוֹנֵם repetitum שׁבֵשׁ. §. 63.

§. 63. Ad similem modum in *Bereschit Rabba* dicitur:
עד כי יבא שילה עד שיבא מר שהמלוכה שלו וענין זה כארם
שאומר לאחר קח ענין זרה עתה עד שאתחילך יותר:
h. e. Donec veniat Schilo: *donec veniat ille cujus est regnum.*
Porrò est negotium istud simile homini, qui alteri dicit: Accipe
nunc banc rem, donec dem tibi cætera. Ne jam de *Midrasch Tan-*
chuma aliisve addamus.

§. 64. De *R. Saadia* verò & interprete *Syro* nihil cer-
tius. Ille n. vertit: *Donc*
veniat cujus ipse est (שלו) subaudi: الغضب, vel الراسم
Pariter *Syrus*: *Donc*
veniat, cujus illud est (שלו) scil. *Donc*. Neq;
dubiū est *Æthiopem* vestigia LXX. legisse & sic ad eundē colli-
māsse scopum. Ejus autem hæc sunt verba: *Tska: ama: Iyrakyb:*
zazynub: lotu: quæ Nobiliss. *Jobus Ludolfus Lex. Æthiop.* p.
439. transfert: *Donec inveniat, quod expectat eum, seu quod prapa-*
ratum est ei: quidni sic: *usquedum eveniat* (v. ipsius *Lex.* p. 114.)
quod destinatum est illi seu manet eum, εως ου ελθη τα δροκειμε-
να αυτου.

§. 65. Expositam hæctenus versionem vocis שילה de-
fensitare haud dubitavit *CL. Angelus Caninius ad loca obsc. N.*
T. p. 34. Mibi, ait, *שלו* quod LXX. & *Chaldaeus Paraphrastes*
secuti sunt, magis placet. Et paulò post: *Illud שלו* *Christo opti-*
mè congruit, cui data est potestas omnis in cælo & in terra. Imò
ejusdem cum isto שלו significationis facit Arabicum *الله*
Dei nomen. Verum שילה pro שלו analogia Grammatica non
admittit. Nam ש illud ordinariè Segol sequente Dages poscit
neqve si Patach excipias, ante dageffabilem ullum aliud pun-
ctū patitur. Deinde non toleranda ponitur ellipsis: *Donec veniat*
cui i. e. cui omnia sunt reposita, l. cujus omnia. Quod si α πο' νοι-
εσ' repetas *שבת* h. m. cujus est שבת illud, quod à *Juda* recessu-
rum

rum innuitur, nescio quomodo id regno Christi Spirituali
valde congruat. Nomen verò Arabicum δ — μ obtorto quasi
collo ad illustrandum δ לו trahitur. Non quippe conflatum
est ex δ & μ , ceu retur Caninius, sed descendit à radice δ לו
coluit, veneratus est, quod levissimè Arabismo tincti non igno-
rant.

§. 66. Nunc promovemus pedem atq; ad eostendimus
qui δ לו derivant è nomine δ לו donum, munus, & pronomine,
 δ לו pro δ לו ipsi. Ita exponi in *Midrash aggada* testatur Raschi,
idq; ob locum *Ps. 76. 13.* יובילו שי למור. Alius v. promi-
tur in hanc sententiam locus in *Bereschit Kezara sect. 79.* citan-
te Raymundo *P. 2. c. 4. n. 4. p. 251.* עד כי יבא שילה שעתידין
אומרת העולם להב יארוון למשיח בן דוד שנ' בער
 δ לו h. e. Donec veniat Schilo; nam
nationes mundi adducturae sunt munus Messia filio David, ju-
xta illud Es. 18. 7. Tempore illo adducetur munus Domino
Zebaor. Coeterum ab hac sententia non alienus est Aman-
dus Polanus *Synt. l. 2. c. 37.*

§. 67. Sed ista quoq; etymologia non uno displicet no-
mine. Nam & satis audacter postulat δ לו (quod nusquam do-
num notat) pro δ לו poni & nomen componi cum pronomi-
ne personali δ לו sine exemplo, nec nisi per duras ellipses decla-
rari potest. Nimirum δ לו pro δ לו *munus ipsi* h. e. ille cui
munera afferuntur, vel: *donec veniat munus illi* sc. sceptro Judæ
promissum.

§. 68. Porro si quis sint, qui nomen δ לו retexant in
 δ לו, qui est DEI sc. filius, uti refert B. Gerhardus *b. l. p. 862.*
eos satis audaces esse oportet in confingendis etymis. Namq;
licitum est, ubi lubuit, literas, quas velis translocare: quiescen-
tes in mobiles mutare: vocales & omnem analogiam nihili
habere: supplere deniq;, quod placeat, *omnia jam fient, fierique*
posse negabam.

§. 69.

§. 69. Nec multum felicior est conjectura Polani, qui
l. c. putat שילה deduci posse à שלום pax, quod pacem toti
mundo afferre debuerit. Etenim ׀ illud radicis ׀ של inde-
rivatis nullo casu perire potest: unde meritò Polanum no-
tavit Sal. Glassius *Onomatol. Messia Prophet. p. 220.*

§. 70. At R. Nissim, ut Grammaticæ fortean tenacior, om-
nem rationem decoxisse videtur, si id in animo habuit, quod
ipsi tribuit *Abravanel*, שילה videlicet notare *Errorum ejus.*
Verba Abravanelis hanc in rem ista sunt: וכפי הדרך הזוהי
נראה לי יותר נכון לפרש שילה מגזרת וידבר אהו בשלי.
וכהו שם על אשר שהוא לשון פשיעה ועון. ואמר שלא יסור
שבט מיהודה וגו' עד שיבא חטאו שהוא פשע שלמה שאחר
זה יסור ממנו שבט המלכות שהיה לו עד כר ישראל עכו
לו יקחת עמים ר' ל שישארו עמו שני השבטים והוא יהודה
; h. e. *Juxta hanc rationem* (ex-
ponendi, sc. R. Nissim, opinantis vaticinium terminari in Salo-
mone, ob cujus lapsum tribus scissæ sint) *mibi convenientius*
videtur, ut Scilob explicetur ex analogia istorum locorum 2. Sam.
3. 27. & c. 6. 7. ubi שלי & של capiuntur notione transgressionis atq;
peccati. Tantum itaq; dixerit; Non recessurum sceptrum à Juda
& c. donec veniat peccatum ejus, sc. transgressio salomonis, postea
n. recessurum ab ipso sceptrum regni, quod habebat super omnes
Israelitas: nihilominus tn. ipsi fore עמים i. e. relictum iri
penes ipsum duas tribus, vid. Juda & Benjamin, quas innuat no-
mine populorum. Hæc Abravanel.

§. 71. Verum operam perdidit Abravanel. שילה n. i-
dem notare, quod של vel שלי nondum est probatum. Si
tamen ponatur; quo jure affixum ad Salomonem referatur, cu-
jus nulla præcesserat mentio, nulla ipsum concipiendi occasio?
At nisi ad Salomonem referatur, uti certè non potest, quomodo
ad errorem illum, ut supra diximus, quadrat *obedientia populo-*
rum? Unde non mirum, quod tam crudum commentum ipse
Abravanel concoquere haud potuerit. §. 72.

§. 72. Plus iis tribuendum, qui nomen שָׁלוֹם deducunt à שָׁלוֹם *quievit, tranquillus fuit*, ut exprimat *Tranquillum, pacificum, prosperum, felicē, vel effectivè Tranquillatorem, pacificatorē, Salvatorem* (cujus & appellationem inde natam multi volunt) *Sospitatorem, &c.* Istam sententiam amplexi sunt authores longe plurimi, quā Theologi, quā Philologi, tum Pontificii tum Reformati, tum nostri, è quibus nobis succurrunt Hieronymus ab Oleastro (cui faventior est Bonfrerius) Fr. Vatablus & Joh. Ferus *b.l.* Seb. Castalio *b.l.* Mercerus *p. 731.* W. Musculus *p. 847.* Sixtinus Amama *Antib. Bibl. p. 281.* Rivetus *b.l. p. 872.* Hottingerus *Thef. Phil. p. 161.* Scultetus *Exerc. Ev. l.c.* Joh. Hoornbeek *l. c. p. 128.* Ansvorthus *Not. ad vers. Angl. Altingius de Schilo p. 174.* Melanchthon *b.l.* Joh. Brentius *T. 1. Op. Comm. b.l. p. 340.* Forsterus *Dict. Ebr. p. 855.* Flacius *Clav. SSA. p. 1. c. 1143.* Fagius *ad Targum b.l.* Schindlerus *Lex. Pentag. c. 1865.* Joh. Avenarius *Dict. Ebr. p. 780.* Er. Marbachius *b.l. p. 430.* Gerhardus *in Gen p. 862.* Glassius *Onomat. Mess. Propb. p. 220.* Waltherus *Exerc. B. de Vatic. Jac. p. 15.* Vinarientes *b.l.* Gvaltperius *Collat. vers. in Gen. p. 832.* Danhavverus *Hodes. Christ. p. 832.* Hakspanius *Not. Bibl. P. 1. p. 260.* Aug. Varenius *Disp. anniv. de sceptro Juda non auferendo ante Schilo concl. 12.* Dilherrus *qvæst. de natal. Christi & cum eo G. Er. Phaletranus de Orac. Jac. c. 7. & alii.*

§. 73. Sed & *B. Lutherum* eodem oculum reflexisse dum ver-
tit: *der Held* / ex addita nota interlineari satis liquet; quāquam
in aureo Commentario, quem in Genesin verè ἡσυχία e-
didit, prorsus aliam insistat viam, ut infrā videbimus.

§. 74. Cœterum istam sententiam illis, qui ea piè delectan-
tur, haudquāquā invidemus. Est n. analogiæ fidei perquam con-
formis, cum revera Salvator noster sit noster pacificator, cui
prosperè successerūt omnia contra mundi sapientiam & poten-
tiam, contra peccatum, mortem, Diabolum, adeoq; omnes por-
tas inferorum, de quibus palam triumphavit per semetipsum.

E KKKKK Nil

Nil verius, nil certius, nil Christianis auditu exoptatius.

§. 75. Interim radicem שלה, indeq; oriunda nomina שלו & שלח (qvibus conferunt שילה) tale quid formaliter inferre vix asseruerimus. Potius blandam quietem, quã quis pro se fructur aliorum securus, exprimunt, quã victoriosos contra hostes successus. Et, ut dicamus, quod res est, voces שלה, שלו & שלח hostium omnium absentiam indeq; ortam securitatem, non presentium oppugnationem indeq; secutos triumphos dicunt, id quod ad oculum patebit ex his aliisque locis Jer. 22. v. 24. c. 49. v. 31. Ezech. 16. v. 49. Zach. 7. v. 7. Ps. 30. v. 7. Psal. 122. v. 7. Prov. 1. v. 32. c. 17. v. 1. Job. 35. v. 25. c. 16. v. 12. c. 21. v. 23. 1. Par. 4. v. 40.

§. 76. Præterea Viris doctissimis Analogia Grammatica minus favet. Nã universa lingua Ebræa nullũ nomen absolutum literã ה præcedente Cholẽ finitum agnoscit. Unde nihil omnino proficiunt, qui cum שילה contendunt nomina כדור Job. 15. 24. צינוק Jer. 19. 26. קיטור Gen. 19. 28. קימוש Hof. 9. 16. & si quæ sunt alia, in quibus quippe ultima ה non est. Negari a. nequit, non omnia protinus, quæ mobili finitis conveniunt, etiã quiescentibus ultima He applicari posse, nisi exemplorũ evidentia litẽ dirimat.

§. 77. Nodum hunc solvisse quidẽ visus est Hakspernius, dum p. 260. nomen שלמה attulit. Verum ne sic quidẽ rẽ expediit. Nam primò ingens est discrimen inter nomina appellativa, de quibus nos locuti sumus, & propria, quæ adeò rigorosè sub regulas Grammaticorum cogi nequeunt, nedum appellativorum normam constituere. Deinde שלמה in origine spectatum habet affixum, voluitq; David filium vocare PACEM SUAM 2. Sam. 12. v. 24. Uti aliàs non insolens est, ut Propria in origine affixa habeant (ut ut respuant quã propria, jam factã impositione) E. g. בן עמי Gen. 19. 36. בן אוני c. 35. 18. חפצי בה 2. Reg. 21. 1. וְחָדָן 1. Par. 5. 14. & locorum אונם, עינים, &c.

§. 78. Planè singularẽ de שילה prodidit sententiã Lud. de Dieu, quã ipse tn. solus sine rivinis exosculatus est. Verba ejus sunt ad h. l. p. 53. Quum omnes fateri cogantur in solitã hanc esse in lingua Hebræa,

quæ



que quidem nobis reliqua est, dictionem, non gravatè ex lingua Arabica sub-
sidium petimus, ubi usitatum est verbum *شور* fluxit & nomen *شور*
شور fluxus. *شور* profluvium sanguinis. & cum affixo *شور*
شور fluxus ejus, profluvium ejus. Solent n. Arabes pro Hebræo affixo
adhibere *שור*, quod & multis in locis Hebraismus imitatur. Verto ergò, donec
veniat profluvium ejus, i.e. semen ejus, quod ex eo fluxerit. Hæc ille.

§. 79. Equidem illam vocis Arabicæ significationem haud in-
viti admittimus. *شور* est fluere *شور* fluxus, in specie torrens vel
canalis. Sic Dominicus Germanus de Silesia in *Fabrica lingua*
Arab. p. 813. *شور* exponit: *scorrere, percolare, & شور* p. 474.
Flusso comune à tutte le cose flusibili, & p. 488. fosse tto vedi acqve-
dotto &c. conf. idè p. 33. 329. 1030. Raphelengius Lex. Arab. p. 198.
& 229. Golius Lex. Ar. c. 1244. Fabritius ad carmen Abu Lule Spec.
Arab. p. 139. Pokokius ad Togr. p. 118. Nihilominus id nimis longè
petitum videtur: Profluvium Judæ est semen ejus. Semen est fi-
lius. Filius est Messias. E. profluvium Judæ est Messias. Aliquid
dixisset de Dieu, si *شور* Arabes ad filium vel saltem semē alicubi
restringere probasset.

§. 80. Superest lustranda eorum sententia, qui *שור* dedu-
cunt ex *שור* *Infans tenellus, embryo, & affixo, exponuntq; per בנו*
in hanc sententiam: *donec veniat filiolus ejus* sc. Judæ i. e. *משיח*
משיח Messias. Et hanc tandem sive Helicen sive Cynosuram
inter tot opinionum fluctus nobis affulgere sentimus.

§. 81. Certè non putamus quæquam tam emotæ mentis aut
iniqum fore, quæ sensum istum commodissimū esse fateatur,
modò è principiis lingvæ ostendi queat. Hoc itaq; nunc agendū
restat ultimum. Ubi initio non opus videtur, ut de radice verba-
li adeò solliciti simus, cum nomina primitiva hujusmodi lingua
Ebraica haud respuat. Possemus tn. fingere verbum inusitatum
שור, à quo sit *שור*, ut *שור* à *שור*. At cum verbum *שור* nuspiam,
nomen *שור* in Ssa non amplius occurrat, res ipsa monet, ut de
significatione utriusq; è radicibus & vocibus cognatis judicetur,

quò mediò multas imò plerasq; difficultates in Lexico suo feliciter superavit. *Cl. Job. Forsterus.*

§. 82. Idem verò dudum docuit Ebraeorum Priscianus R. David Kimebi in דקדוק f. 31. c. 2. hisce verbis: כן דרך העברים לאם בענין אחד הפעל שידמו אותיותיו לאותיות פעל אחר אף על פשהם הפוכים בסדר אתיותיהם יאמרו שניהם בענין אחד: *H. e. Hic mos est Ebraeorum, ut de re unâ adhibeant verbum, cujus litera conveniunt literis alterius verbi, quorum utrumq; ordine licet literarum mutato sensum eundem exprimit.* Loquitur a. de permutatione classium in verbis imperfectis, unde sensum non mutari plurimis exemplis probare saragit.

§. 83. Proinde à שול & שיל ad שלה & hujus derivata omninò valet provocatio, quoniam compertum est istas duas classes ut plurimum eandem vel similem sustinere significationem E. g. שרה & שור / בזה & ביה / המה & הום / דכה & דוך / דמה & דום / שמה & שוט / רדה & רוד / ספה & סוף &c. Porro nullum derivatum שליה magis ad nostrum שליה spectare quàm שליה / facile dabunt, qui & soni affinitatem & nobis supra de שלו, שלות, שלי &c. notata rectè expenderint.

§. 84. Exponunt verò pleriq; שליה. *Deut. 27. v. 27. Chorion, secundas vel secundinam,* quo sensu apud Talmudicos in *Berachot f. 6. l. Nidda f. 26. l.* & alibi venit; quoniam alii foetum recens editum & à secundinis denominatum innui à Mose malint, quibus *συνάφεια* à v. 53. ad 57. valde favet, quò accedit, quod & in *Mischna Cholin c. 4.* שליה ita capitur.

§. 85. E dictis itaq; relinquitur, שיל juxta leges Grammaticas cum שליה collatum notare foetum s. infantulum recens natum & qsi. è secundis prodeuntem. Illi additur affium M. tertia, & Ge oritur שיל indeq; *Vau in He* mutato (quod adeò non est insolens, ut versu sequente, sc. in עירה & סורה, bis contingat) שליה. Neq; n. eos audimus qui שליה nomen absolutum תואר faciunt. Sic ergò שליה exponitur: *Recens natus filiolo ejus* sc. *Juda.*

§. 86. Confirmat quò nos non mediocriter in hac sententia, quod è שליה cognata itidem radice, *embryo maturus* s. *fatus*

novimēstris adeoq; partui vicinus Talmudicis dicatur שְׁלִיחַ, Tr. Cholin in Mischna c.7. ab init. Zevachim f.35. i. alibi. Jam verba נחיעץ & כפלים indeq; oriunda nomina suas formas salvâ significatione permutare, è plurimis exemplis liquet E. g. בוק & בקק / גוד & גור / דום & דמם / מוט & מטט / רום & קטט / קוט / ציר & צור / מכך & מוך / דכך & דוך / גזז & רמם & c. Quid ergò mirum, si שְׁלִיחַ significatione accedat ad שְׁלִיחַ?

§. 87. Rabbini a. hîc succurrit Arabismus, à quo hodie Ebraismus quoq; purus (cui successit sermo Mischnicus) non spernenda habet subsidia. Nam *جاء* est *fœtus mas, pec. recens natus*, qf: è matre *extractus* à *جاء* *eduxit, extraxit*, ut è *Gienbari* refert *Golius* c. 1194. Quod ideò monere voluimus, ne quis שְׁלִיחַ à Rabbini excogitatum suspicaretur.

§. 88. *Ανακαραλαίωσις* dictorum exhibent verba D. Kimchii lib. שרשים c. 505. שִׁיחַ: Donec veniat שִׁיחַ i. e. *filius ejus*. Post pauca: *Idq; ex significatione vocis ובשליחה* Devt. 28.57. *Licet n. hujus radix sit שרה, nil prohibet radices esse duas & significationē eandem. Porro Rabbini nostri usurpant hic vocem (sub diversa forma) ortam è duabus radicibus, quiescente ה"ה & geminata. Nam dicunt (Misch. Cholin c. 4.) si quis mactet bestiam & inveniatur anima pulchra (non concipiens nauseam) comedet eam non secundinam procul dubio, sed fœtum in secundina) & alibi ajunt (Misch. Cholin c. 7.) Et solet observari (nervus femoris) בשליח (in embryone) Quod si itaq; שִׁיחַ itidem habeat significationem istam (embryonis) triplex erit radix & eadem significatio se. שְׁלִיחַ שְׁלִיחַ שְׁלִיחַ ut דמם דמה דום & c. sicut scripsimus in Grammatica.*

§. 89. Cœterum tradita hæctenus vocis שִׁיחַ interpretatio analogiæ fidei consona est. Qui hic *tenellus filius Juda* vocatur, is aliàs dicitur *semen Abrabæ* Gen. XXII.18. צֶמַח *Zach.* III.8. & VI.12. *germen David* Jer. 23.5. *virga* שִׁיחַ & *surculus è radicibus ejus* Es. XI.1. *Puer nobis natus, filius nobis datus* Es. IX.6. sc. ob tenuia initia

nitia in assumptâ natura humana, Nec mysterio caret, quod non
aliâ filii appellatione, cum posset, adhibere voluerit sanctus Se-
nex, quam quæ peculiari ratione matrem respiceret, neq; dubiū
quin animum intenderit ad *semen illud mulieris Genes. III. 16. &*
post fata ipsius revelatum partum virginis Es. VII. 14. Quâ Gram-
maticam sibi placere, seq. in eâ summa fiducia acquiescere ait B. Lu-
therus *b. l. f. 657.*

§. 90. Quæ tñ. ab aliis hinc præterea eliciuntur mysteria, ipsis
demonstranda relinquimus. Ut quod Alphonsus Tostatus in
Gen. p. 743. notat sensum ex Ebræo fluere: *donec veniat filius, sc.*
qui est per excellentiam filius, sc. filius Dei patris, à quo omnis fi-
liatio in caelo & in terra: quod R. Bechai, prævio Sobar, ait *הוסיפה*
שילה *He diotionis שילה*
innuere ultimum ה nominis *Tetragrammati:* quod D. Joh. Tar-
novius memorat *Ex. Bibl. l. 2. p. 545.* ה in fine quiescere ut *hic in-*
tam stupendo miraculo & præter rerum seriem nativitate discam9
quiescere: quod Porchetus *Victor. P. 1. c. 2.* Galatinus *de A. C. V. l.*
4. c. 4. Paulus VVeidner9 *de præcipuis locis fidei Christianæ Tr. 3. de*
adventu Christi p. 409. Hammerus *b. l.* & alii existimant affixum
esse foemininum, nec respicere Judam, sed Mariam virginem:
quod D. Joh. Tarnovius *l. c. p. 547.* affixum ait ratione consonæ
foemininum, ratione vocalis masculinum esse, ut Messias in-
nuatur, quatenus Deus *ἀμὴρας*, quatenus a. homo *ἀπάτωρ*, & si
quæ sunt alia, piè quidem excogitata, at in textu nullum agno-
scentia fundamentum.

§. 91. Consentiant interim in capitæ causæ nobiscum è Judæis
Paraphrastes *Jonathan*, qui *שילה* emphaticè expressit *ועיר בנוי*
parvulus filiorum ejus (quem in animo potius habuisse nostrum
שילה & *שילה*, quàm *שילה* *desinere*, quasi *parvulus filiorum* sit,
post quem partus cessavit, contra Buxtorfium *Gramm. Cbald. p.*
397. asserimus) R. Bechai, Aben Esra, R. Levi, Arama, Sal. ben
Melech aliq; *b. l. R. Dav. Kimchi l. c. E. Pontificiis* Raymuundus Martinus
Pugione fidei P. 2. c. 4 n. 11. & Joseph. Voisin Burgedalensis *Observ. ad eundē*
p. 269. Porchetus *Victor. adversus impios Hebræos P. 1. c. 2.* Petrus Galatinus

l. c.

Paulus Weidnerus, è Judæo Christianus l.c. & alii: E Reformatis Calvinus h.l.p.233. Tremellius, Junius & Piscator h.l. Paræus h.l.T.1. Op.p.453. Spanhemius Dub.Evang.P.1.dub.22 p.132. Buxtorfius Lex.Ebr.p.811. Gregorius Gregorii Francus Lex.Sanct.n.410. quibus addendi Belgæ h.l. E nostris deniq; B.Lutherus Tom.6.Lat.Witt.f.Comm.h.l.f.657. & Tom.8. Jen.Germ.vom Geschlecht Christi f.144f. Gesnerus h.l.p.960. Dav. Chyrræus h.l.p.515. Lyserus Josepho. h.l.p.508. Tarnovius l.c. Joh. Quistorpius Ann.Bibl.p.70. Müllerus Judaism.p.631.f. Havemannus Wegeluchte p.111. Scholiast. Dan. h.l. (hans byrd) & plures alii, quorum adducere verba nunc non vacat.

§. 92. Videamus tn., quid secus sentientes à nostra sententia magno-
pere retrahat. Primò exempla desiderant è SSA, ubi שׁוֹר filium signifi-
cet. Conf B. Rungius *Prælect. in Gen. p.1411.* Verùm nimius ille rigor
videtur. Cum enim nomen שׁוֹר (vel cum aff. שׁוֹר sub hac forma
semel modò in tota SSA occurrat, exempla similia nulla esse
queunt. Nec tn. sic præclusa via est ad alia שׁוֹר media. Aliàs non
minori premeretur difficultate eorum sententia, qui *Tranquillatorem* vel
Sospitatorem exponunt, cum nulla exempla suppeditet SSA, ubi שׁוֹר
istam significationem habeat.

§. 93. Neq; nos valdè movet, quod *sola conjectura* niti dicat Caninius
p.35. qui somnient שׁוֹר filium esse. Nam si conjecturæ sunt licita & re-
cepta investigandæ significationis media, quid nobis in explicatione SSA
præter conjecturas superest? Tale a. medium in defectu radicis & exem-
plorum similitum esse שׁוֹר radicum & vocum cognatarum vel in
lingua eadem vel affinibus, omnes eruditi admittunt. Melius tn. fecisset
Caninius, si suum de nomine שׁוֹר somnium non somniasset.

§. 94. Alii ambages causantur. *Communis illa interpretatio,*
inquit Sixtinus Amama p.287. *SILOH filius ejus, explicari non potest,*
nisi per multas ambages. Primò n. erit שׁוֹר pro שׁוֹר , quod exemplo non
caret. Deinde שׁוֹר erit שׁוֹר , atq; hoc rursus pro שׁוֹר , ut שׁוֹר pro
 שׁוֹר , Tertio erit *Metonymia.* Ita eandè expositionè ambagibus invo-
lutam, tropo & anomaliis audentiosem appellat B. Dannhavverus *Hodos.*
p.832. indeq; *simplicitati dictionis Mosaica non benè convenire* putat VV.
Musculus p.847. Verùm nõ opus est istis ambagibus, quas fingit Amama.
Non dicimus שׁוֹר esse pro שׁוֹר neq; hoc pro שׁוֹר , nec metony-
miam quidè statuimus. Sed שׁוֹר habemus pro nomine à שׁוֹר di-
verso, attamen cognatæ significationis, ut in similibus fieri solet. Et licet
 שׁוֹר Rabbiniis quandoq; *secundam* notet, in SSA tn. non minus

quam $\eta\lambda\eta\psi$. per *fatium* exponendum censemus.

§. 95. Porro, ne viris secundæ minus convenient, Amama veretur p. 282. ita & Tarnovius, aliàs nobis $\delta\mu\acute{o}\psi\eta\phi$ p. 548. At nec illas Judæ tribuimus, sed factum recens-natum vel è secundinis prodeuntem, nisi forte is patri adscribi nequeat.

§. 96. Alios malè habet, quod secundæ omnibus communes sint, & sic Messie nullam concilient prerogativam. Ita Phaletranus p. 88. Imò Christus in omnibus similis nobis, excepto peccato, esse debebat. Nec tamen negandum Sp. Sancto suas fuisse rationes, cur $\eta\lambda\eta\psi$ hic quæ $\kappa\alpha\tau\ \epsilon\lambda\eta\psi$ adhibere maluerit, quas in timore Domini expendere licet.

§. 97. Quam a. Altingius l. 3. c. 8. absurditatem objicit, quæ: è nostra sententia iste nascatur sensus: fore inde Filios usquedum venerit filius ejus, ortam è $\pi\rho\acute{\omega}\tau\omega\ \psi\epsilon\acute{\upsilon}\delta\epsilon\iota$ ejusdem quis non videt? ac si nimirum $\kappa\alpha\tau\ \epsilon\lambda\eta\psi$ sit ratio tribulis vel successio filiorum in posteritate Judæ. Ex quo principio etiam illa manat, quam veretur, in certitudo, quasi singulis generationibus defectum tribus expectare debuerint.

§. 98. Idem Altingius censet sic Messiam non potuisse distingui ab aliis Judæ filiis, præsertim illustribus, Davide, Salomone, Zorobabel. Idem scilicet metuendum erat, cum diceretur *semen mulieris, semen Abrahæ, germen Davidis, puer filiusve absolute*, &c. Quicquid tñ. sit, hic loci neq; Davidem, neq; Salomonem, neq; Zorobabelem nec alium in nui, è circumstantiis textus Altingio satis poterat esse manifestum.

§. 99. Judicent a. cordati, quàm *tautologum sit Messiam vocare filium Judæ*, licet maximè sensu vaticinii ponatur, juxta Altingiũ; Continua erit successio filiorũ in posteritate Judæ donec veniat filius ejus $\kappa\alpha\tau\ \epsilon\lambda\eta\psi$ scilicet Messias. Interim $\kappa\alpha\tau\ \epsilon\lambda\eta\psi$ inferre illud, quod vult Altingius, nondum satis ab ipso probatum est nec ille suam hypothesin à tautologia liberare potuit l. 3. c. 3. Eruditi judicent.

§. 100. Et hæc sunt, quæ hac vice de $\eta\lambda\eta\psi$ in medium proferre visum est. Non auctoritatem cujusquam, sed veritatem sectati sumus, quam affectos nos esse speramus. Rectiora tamen cum ratione monentibus dabitur locum. $\epsilon\upsilon\acute{o}\lambda\iota\theta\omicron\nu\ \omega\pi\epsilon\acute{\rho}\varsigma\ \acute{\alpha}\mu\alpha\rho\tau\iota\alpha\varsigma\ \pi\epsilon\acute{\alpha}\gamma\mu\alpha$ homo est. Fortè cecidi ego, cecidit qui præ ixit, cadet qui nos sequetur, laus est publica.

Feci, quod potui, potui quod, Christe, dedisti,

Improba fac melius, si potes, in vicia.

Si malè quid dictum est, hominem dixisse memento;

Si benè quid dixi, gloria, Christe, Tua est.

$\eta\lambda\eta\psi$

Aug VI 20 (1)

ULB Halle
004 504 488

3



f

TA → 6L

neu 1+37 Stück verknüpft

VD 17

Z





THESIUM
PHILOLOGICARUM
CENTURIA,

DE
SCHILOH,
FILIO
JEHUDAH,
GEN. XLIX, c. 10.

Quam
IN ELECTORALI AD ALBIM UNIVERSITATE,
DEO DUCE ET AUSPICE,

PRÆSIDE
V I R O
Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimoq;

DNO. AUGUSTO PFEIFFERO,

Lingvæ Sanctæ & Orientalium cœterarum
Profess. Publ. Extraordinario, Philologo longè
celeberrimo,

Patrono atq; Præceptore suo æternùm honoratissimo,
Publicæ sententiarum collationi exponit

ABRAHAM Hincfelmann)

Dœbelâ-Misnicus.
In Audit. Majori ad d. 20. Nov.

VVittebergæ,
In Officina FINCELIANA, Excudebat ELIAS Siebig
Anno 1669.

Fffft

